filiū suū *Musa* imperii successorem, cognomine *Alnathek bilhak almodhaffer billah* declarasset, denariis et drachinis, quorum cuique pondus X assignavit, *nomen eius et: omnis honor et gloria Musae Almodhaffero competit*, insculpi curavit<sup>39)</sup>, ut Malec in libro *Almostar* retulit.

Interfecto Alamino, et *Abdallah Almamuno* chalifa salutato, ne ullus quidem, qui drachmas insculpere posset, inuentus fuit,<sup>40)</sup>  
(caelo

quorum *Auersa*, superiori areae parte verba *الله وربي*, quae cum *الله* a librariis facile commutari potuerunt, in inferiori: *الفضل* comparent (Introd. p. 70. Addit. p. 20, 105.); numi vero *Alamini* adhuc desiderantur, qui voces *الله* *عبيد الله* et *العباس* *الفضل* ob oculos ponunt.

39) Abulpharagius p. 240. l. 3. Elmacinus p. 124. coll. Abulfeda T. II. p. 99. et Adleri coll. nou. p. 36. Macrizio adstipulantur, ut fides eius de facta istorum numorum percussura in dubium non veniat, etiam ut nullum eorum exemplum adhuc prolatum sit.

40) Quam quidem narrationem numus *Adleri*  
Bero-

(caelo autem more sigillorum inculpantur,) p. 27  
 nec tamen pecunia diebus *Almamun*, *Mota-*  
*G 3 sem,*

Berolinensis in Addit. I. p. 24. excitatus con-  
 uellere posset, si modo aera satis explorata  
 esset. Nam in numo ab amicissimo Possessore  
 mecum iterum communicato intentisque ocu-  
 lis a me considerato, aerae dictio, quam  
 تسعين, ob litteram *ه* in superiori parte  
 apertam legeram, ثمنين quoque legi posse  
 mihi videtur. Quicquid sit, propter dictio-  
 nem istam obscuram numus mecum testis esse  
 amplius nequit ad eleuandam Macrizii aucto-  
 ritatem. Neque numus XXI. ven. Adleri a.  
 198. et meus a. 188. qui sibi simillimi sunt,  
 Macrizii sententiam frangerent. Nam iis se-  
 positis sat grauibus argumentis, quae Addit.  
 I. p. 20. protuli, toreutarum absentia in caussa  
 esse potuit, cur praecedentium annorum ty-  
 pos monetales, qui ad vtrumque numerum  
 latus signandum requirebantur, leui facta in  
 aera *Auersae* correctione, et *Auersa* immu-  
 tata relicta, adhibere nulli dubitarent. Atque  
 hinc intelligeretur, quam ob rem vox ثمنين  
 in dicto meo numo ex oscitantia intacta re-  
 licta, in ven. *Adleri* numo caelo deformata  
 fuerit,

*sem, Wathek et Motawakkel* <sup>41)</sup> defecisse dicitur.

*Motawakkelo* e medio sublato, et a clientibus Turcis et Tataris, chalifatus ordine interrupto, Abbassidarum imperium alias amplissimum

fuerit, scilicet ut pro *Aduersa* typum numi a. 188. et pro *Auersa* typum numerum anni 194 etc. quo principis fidelium nomen sibi ipse et numis suis inscripserat, sollerter elegerint. Qui sane mos antiquiores typos monetales in nouis numis cudendis sumtuum minuendorum, commoditatis aut necessitatis gratia adhibendi latius patet, latiorisque usus (etiam, ni fallor, in re numaria graeca et Romana) est, quam mente fingi potest. Conf. Additam. I. p. 28. 31. Repertor. orient. T. X. p. 196. sq. 236. sq.

41) Ita res est. Nam duobus annis post *Almamuni* auspicia regni, annorum 200. 201. 202 etc. numi prostant. *Almotasemi* quidem numi adhuc desiderantur: idem quoque de *Alwatbeki* numis, quorum Elmacinus p. 65. meminit, dicendum est; sed *Almotawakkei* numi innotuerunt. Vid. Introd. p. 11. 71. Addit. I. p. 20.

simum potentissimumque, ab omnibus partibus circumcirca laceffitum abolitum fuit. Perplexo hoc in exortis regionum dynastiis rerum statu, tenues erant reditus et expensa multiplicabantur. Multa tunc noua, <sup>42)</sup> inprimis drachmarum imminutiones introductae fuerunt. Primus autem fuisse perhibetur *Obeidallah f. Ziad*,

G 4 ad,

42) Inter haec noua referri cum primis meretur, quod Emiri Aegypti, interemto Almalec Almoattam Turanschah, a. 648. Chr. 1250. coniugem Almalec Alfaleh nomine *Schadsjar eddor* (شجر الدر i. e. arbor margaritarum) non modo *reginam* renunciarent, sed etiam

قضرت السكة باسمها ، وكان نقش  
السكة المستعصية الصالحية  
ملكة المسلمين والدة  
الملك المنصور خليل

numos ipsius nomine cudi facerent, quibus praeter Chalifae Almoftasemi nomen inferiptum erat: „Salehina f. Aiubitica regina Moslemorum, mater Almalec Almanfur Chalil.“  
V. Abulfeda T. II. p. 512. lin. 1. Abulfarag. p. 323. Marai Geschichte von Egypten S. 400 in Tomo V. des Büfching. Magazins.

p. 28 *ad*, qui anno LXIV Chr. 683. e Basra profugus, <sup>43)</sup> drachmas adulteratas conflauerit; quod malum deinde sub dynastia persica Buidarum et Seldsjukidarum prouincias peruasit. <sup>44)</sup> Sed Deus est scientissimus.

### Cap. III.

#### *De pecunia Aegyptiaca.*

Aegypto prouinciae propriam pecuniam auream, quae neruus rerum gerendarum et pretiosissima merx est, non defuisse, vel ex eo clarum fit atque perspicuum, quod prisco et decurrente aeuo, tam sub imperio ethnico, quam

43) Abulfeda T. I. p. 405. Abulfarag. p. 195. coll. Elmacin p. 57. Vel ex hac relatione iudicare licet, Arabes ante Abdalmalecum propriam monetam, si non vniuersalem, saltem particularem habuisse.

44) Quod tamen de omnibus Buidis affirmari nequit. Nam sub chalifatu Almottaki lillah, Emir Bagdadensis Nafereddaulah denarios iusti ponderis a. 330. Chr. 941. cudi fecit. Denariorum tunc in usu existentium internus valor decem drachmas haud excedebat, qui tamen in commercio tredecim drachmas valebant. V. Abulfeda T. II. p. 418. l. 10.



quam Islamitico, tributum hac (moneta aurea) omnino persolutum fuerit, ut in libro Alma-waidh walithibar wabidsic chitat elitsâr de summa tributi Aegypti, ex quo post diluuium condita fuit, ad nostra usque tempora ex veritate commemoravi. Sufficit enim testatum dedisse, me prolata hausisse e chronicis *Masli-* p. 29  
*mi et Abu Dawud*, qui Abu Hariram narraſſe auctores sunt, legatum diuinum dixiſſe: „con-  
*ceſſi Irakae* drachmas et Kafizas <sup>45</sup>) ſuas; *Sy-*

G 5 *riae*

- 45) Menſuris praecipue aridorum adnumerantur: 1) *م* *Mudd* =  $1\frac{1}{3}$  Pondo. 2) *صاع* *Sa* = 4 *Mudd* =  $5\frac{1}{3}$  *Hb.* 3) *أردب* *Ardab* et *قفيز* *Kafiz* = 128 *Hb.* 4) *وايبة* *Waibab* =  $\frac{1}{6}$  *Ardabis.* 5) *الربع* *Arroba* =  $\frac{1}{4}$  *Waibae.* 6) *جریب* *Dsjerib* = 4 *Kafizis.* 7) *فرق* *Ferk* = 16 *Hb.* 8) *قسط* *Kiſt* =  $\frac{1}{2}$  *Sa.* 9) *وشق* *Wask* = 280 *Hb.*

Quum menſuras ponderibus examinauerint, certum iis pondus aſſignatum fuit, quod tamen in variis prouinciis ſaepe variauit. Cf. *Clar. de Sacy* T. II. p. VI. des *Notices & Extraits.* Cl. *Aſſemani* catal. *Bibl. Nan.* T. II.

p. 38.

*riae* Mudd et denarios suos; *Aegypto* Ardab et denarios suos.“ Alia eius est traditio, legatum diuinum cuiuslibet regionis peculiarem mensuram memorasse, et aureae monetae aegyptiacae indicium attulisse. Cuius traditionis veritatem factum *Omaris f. Chettaf*, cui Deus bene velit, tuetur. Quum enim Irakam anno H. XVI. Chr. 637. expugnasset, imposi-  
 p. 30 tum ab *Osman f. Hanif* Babyloniae tributum, ut de quolibet *Dsjerib* vitis X; palmae VIII; calami<sup>46)</sup> et arboris VI; tritici IV; et hordei II drachmae soluerentur, ratum habuit. Expugnata vero anno XX. Chr. 640. Aegypto, *Amru f. Alâz* tributum duorum denariorum  
 in

p. 38. Ven. *Adler* coll. nou. p. XIII. Cl. *Cassiri* T. I. p. 365. sq. In sola Samarcanda nullae dabantur mensurae, quod omnia ibi pondere iudicarentur, *Arabschâh* in hist. *Timuri* T. II. p. 888. l. 2. sq.

46) Dicitio *قصب* *Kassab* a Lexicographis: *arundo*, *calamus* explicata, h. l. mihi esse videtur *radix* τρω *Manioque* s. *Iatrophae* *Manibot* L. ex qua panem *Cassave* appellatum conficiunt.

in singula capita virorum Coptorum, exceptis mulieribus, pueris et senibus, approbante Omare, imposuit, et anno primo 12,000,000 denarios, vt constans sermo est, collegit. Quid? quod 16,000,000 denariorum collegisse relatum fuerit. Binas istas peruulgatas narrationes *Omaris f. Chettâb* fel. mem. con- p. 31  
cessio veras praedicat.

Qui vero historiam Aegypti diligenter perlustrauerit, aurum in pecuniam, pretiosas merces, et egregia opera impendendum minime defecisse, saltim ad id tempus perspiciet, quo a gente Turcarum occupata, opes eius diminutae fuerunt. Vnde nouum *Drachmae* nomen tunc introductum fuit. Equidem quod certi de hoc habeo, insuper his declarabo. Ex quo palatium praefecturae occupatum fuerat, atque ex monetae officina numi (argentei) chalifarum, Ommiadarum et Abbasidarum exierant, Aegyptus iis non caruit, donec princeps *Abulabbas Ahmed f. Tulun* <sup>47)</sup> in Mysra  
dena-

47) Conditor dynastiae Tulunidarum anno CCLIV Chr. 868. a patre, mancipio Turca pro-

denarios, *Ahmedicos* nuncupatos cudi fecit. Quorum percussurae causa haec fuit: quodam die ad pyramides equitans, viros quosdam a cubiculariis ad eum adductos, vestibus indutos laneis, et secum portantes palas et ligones p. 32 interrogavit, quid iis facere vellent? Respondentibus, se thesauris inquirendis intentos esse regeffit: ne posthac sine diplomate et delegato meo exeatis. Quaerenti ei: de quo loco thesauri indicia ad eos delata essent, narrarunt: in medio pyramidum adesse thesaurum, sed ad id impotentes se esse, propterea quod in fodiendis hisce ruderibus, multis operariis amplisque sumtibus opus haberent. Itaque cuidam e suo comitatu in mandatis dedit, ut iis interesset, et ad Dsjizae praefectum misit, ut om-

procreatus, a CCLXX Chr. 883. vita defunctus est. Vitam eius prolixam scripsit *Iusuf b. Tagri Bardi* in historia sua regum Aegypti et Alkahirae, quam *Jöns Olsson* V. C. Lundae Scanorum dissertationibus academicis, quarum duas priores annorum 1785 et 1787 beneficio cl. *Oedmanni* possideo, arab. et lat. edere fidere fausto aggressus est.

omnia, tam laboris fociis, quam expensis necessaria, subministraret. Quibus discessit. Continuato tam diu labore, donec indicia eis apparebant, *Ahmed f. Tulum* reuersus est, et eo in loco, vbi fodiebant, substitit. Omni adhibita in fodiendo cura labrum detexerunt denariis repletum <sup>48)</sup> tectumque operculo, cui inscriptum erat *barbatice*, <sup>49)</sup> vt is quem arcessi

48) *Marai* in sua egypti historia istius etiam reperi thesauri mentionem iniecit, qui 1000,000 denariorum summam fecerit. Vid. Büfchingii Magazin T. V. p. 372.

49) Quamquam neque vera neque speciosa de scriptura et lingua Barbatice dicenda habeam, si vel pro *coptica*, *parthica*, vel *Barbarica* scriptam vocem reputem, inclinatur tamen animus, vt graecam eam fuisse vel ex eo coniecturam faciam, quod ab eo, quem Tulu-nensis arcessi iusserat, epigraphe, quae pris-cam simplicitatem spirat, ideoque confictio-nis expers esse videtur, et legi et intelligi po-tuerit. Nam omnem fidem excedit, inter-pretem scripturam Aegyptiacam aut Persicam, quae ante graecorum imperium introducta erat,

P. 33 arcessi iusserat, explicauit: „Rex N. filius N.  
 „aurum ab adulteratione et fordibus suis pur-  
 „gauit. Qui maiorem mei quam sui regni  
 „praerogatiuam scire cupiat, denariorum  
 „meorum praestantiorum prae suo modulum  
 „intueatur. Qui itaque aurum fordibus libe-  
 „rat, in vita quoque sua et post obitum suum  
 „purus erit.“ Hinc dixit *Ahmed f. Tulun*:  
 Laus sit Deo. Quae haec me docuit inscriptio,  
 his opibus contra mihi cariora sunt. Tunc  
 cuilibet thesauri fossori 200, et cuilibet labo-  
 ris consorti meritam, quam promiserat, quin-  
 que denariorum mercedem dari iussit. Simi-  
 liter eum, quem e comitatu suo apud eos con-  
 stituerat, CCC aureis donauit, suoque famulo  
 dixit: *Nasim*, fume tibi de eo, quantum vis.  
 Respondit: quid mandat dominus meus, ut  
 capiam? dixit: imple volas tuas ex eo, et  
 simili

erat, post tot secula adhuc calluisse, si vel  
 concederetur, quod Pharaones et Persae au-  
 rum prisco aeuo signauerint. Quae cum ita  
 sint, aureos assumptione hac concessa, a quo-  
 dam rege graecorum Aegypti cusos et defos-  
 sos fuisse, equidem non facile negauerim.

simili modo duplum ex aerario meo cape, quod istorum denariorum studio teneor. *Nasim* itaque volis suis expansis circiter mille denarios conclusit. Residuos *Ahmed f. Tulun* deportans, modulo meliores, quam *Alfindii f. Schahic*, et *Motafemi*<sup>50)</sup> inuenit. Tunc studium suum huic modulo adhibuit, donec denarii eius hunc modulum peruulgatum *Ahmedicum*, quo non praestantior ullus fuit, affecti sint.

Quum autem *Alkaid* (praefectus) *Abulhosain Dsjauhar Alcatheb* Siculus, exercitu principis fidelium *Alimam Almoez ledinillah Abu Temim Maadd* anno CCCLVIII. Chr. 968. in Aegyptum introducto, *Alkahiram Moezzinam* eo in loco, ubi castra posuerat,

ex-  
 50) *Almotafemi* quidem numi adhuc oculis nostris se subduxerunt; ex auctoris tamen nostri asserto, quod *Ahmed f. Tulun* repertos denarios, *Alfindii* et *Almotafemi* aureos interno valore superantes deprehenderit, haud obscure intelligitur, denarios sub *Almotafemi* imperio fuisse conflatos. Nec minus *Ahmedis b. Tulun* denarii adhuc delitescunt.

extruxisset, *Myssra* gubernatorum olim sedes, ab illo die sedes Chalifatus facta fuit. Praefectus *Dsjauhar*, praefecturae palatio sibi assignato, *Denarios Moezzinos* tribus lineis orbicularibus in utroque latere cudi fecit. In alterius faciei linea (media) exaratum fuit: *Inuitatio Imâmi Maadd ad cultum unius et aeterni Dei*; in linea interiori: *Moez ledinillah princeps fidelium*; in linea (marginali): *In nomine Dei cuditur hic denarius Myssrae anno CCCLVIII.* Alterius faciei titulus fuit: *Non est Deus nisi Deus, Muhammed est legatus Dei, quem misit cum directione et vera religione, ut eam omnibus aliis religionibus superiorem reddat, si vel resistant Associates.* *Ali vero est mandatariorum*<sup>51)</sup> *praestantissimus, et optimi legatorum fidiissimus* (aut vicarius.)<sup>52)</sup> Magnam denariorum  
Moez-

51) Ali cognominabatur الوصي *Alwassî* i. e. mandatarius Muhammedis. Vid. Elementale meum arab. p. 51. lin. 2. coll. D'Herbelot sub V. Ali p. 94. col. 2.

52) Vid. Introd. p. 12. et 116, ubi vocem obscu-



Moezzinorum vim eudendam curavit prius, quam *Moez*, post suum in Aegyptum et in castellum Kahirense anno CCCLXII (Chr. 972) subsecutum aduentum et ingressum, *Jacobum f. Kallis* et *Aslug f. Hassan* tributii collectores constituisset. Quum isti duumviri non nisi denarios Moezzinos acceptare vellent, *denarii Alradini* ex hac commutatione viles redditi, P. 36 plus quam quartam valoris sui partem amiserunt, tantummodo  $15\frac{1}{2}$  drachmarum pretium habentes. Regnante chalifa *Hakem beamrillah Abu Ali Mansur f. Azizi* mense Rabiül awal anni CCCXCIX. Chr. 1008. ampliatum fuit adulterandarum drachmarum negotium, ut pro vnico denario XXXIV drachmae darentur; vnde pretio suo amisso, negotia hominum con-

obscuram legi posse *وأخير* coniecraui. Sed eestypo Naniani aurei plus semel inspecto, malim vel cum cl. *Assemani* legere: *والاصمين* et *fidissimus* — vel *ووزير* et *vicarius* optimi legatorum. Ipsos numos aere expressos largiti sunt *Adlerus* l. c. n. XCIV. et *Assemani* n. LXXXIV.

H

concussa fuerunt. <sup>53)</sup> Viginti vero cistas novis denariis repletas ex arce deduxit, et edicto commercium cum prioribus drachmis interdixit, atque numulariis abolitis, iis qui bene numati erant, trium dierum moram ad drachmas, quas in promptu habebant, in officinam monetariam inferendas concessit. Ea de re homines vehementer perturbati sunt. Vna vero nova Drachma quatuor alias drachmas valuit, et in commercio unius denarii pretium XVIII P. 37 novarum drachmarum constitutum fuit. Postquam autem dynastia Fatemidarum, irruptione Turcarum sub ductu Sultani *Almalec Alnaser Salahoddin Jusuf f. Aiub* anno DLXVII. (Chr. 1171.) e Syria in Aegyptum facta, finem habebat, moneta nomine chalifae *Almostadi beamrillah*, et Sultani *Almalec Aladel Nureddin Mahmud f. Zenki* <sup>54)</sup> dynastiae provincii-

53) Praeter denarios Hakemi in Sicilia conflatos, nulli, quantum sciam, adhuc innotuerunt.

54) *Casiri* l. c. T. II. p. 174. b. post numos Nureddini Mahm. b. Zenki, denarium Josephi

uinciarum Syriae, *Alkahirae* stabilita, et am-  
borum nominibus <sup>55)</sup> insignita fuit. Hinc

H 2

com-

phi Taschefini his verbis descripsit: „*Josephus Ben Taschphin* Monetam Arabicam in Hispania signavit hac inscriptione: Non est Deus praeter Deum; Mahometus Dei Apostolus: Imperator Fidelium Joseph Ben Taschphin; et in illius circuitu: Qui aliam praeter Mohametanam sequitur fidem, Deo placere nequit, atque in altera vita peribit. In aduersa parte: Dux Abdalla Fidelium Imperator Abbasida; in circuitu demum eusae monetae locus et tempus.“

Quem cl. *Casiri* hic protulit Makrizii locum, qui a meo apographo, et codicibus Leidensibus abest, ex Abu Muhammed ben Alhalim historia Mauritaniae *Alkartzas* dicta, in aduersaria sua relatum, neglecta auctoris mentione, heic ad partes suas traxisse videtur, vt ex collatione eius cum meo excerpto p. 64. perspicuum sit. Ne tamen de Viro clarissimo temere suspicarer, clar. *Patricium de la Torre* litteris Kal. Jul. h. a. adii petiturus, vt hunc mihi nodum solueret. Quodsi eius responsum ante finitam editionem accepero, candidus impertiar.

55) Nurreddini numi in numophilorum adhuc versantur ignorance.

communis calamitas ad ciues Aegypti redundauit, quoniam aurum et argentum sine spe redeundi exiuerat, et raritatem sibi contraxerat. Solent autem homines ei, quod commune eis est, addicti esse, ita quidem, vt si de denario rubro <sup>56)</sup> eis dicatur, idem est, ac si eis de priuilegio commeatus narretur; immo si in p. 38 manus eorum incidat, quasi laetum nuncium paradisi ad se ventum esse reputent, haud laborantes de denariorum et drachmarum e Castello depromptarum, interno valore et relatione ad aurificia, mineram, aes, vestimenta, suppellectilia et arma, quae reges nec curant seruanda, nec de iis consilia agitant, nec suis opibus mancipia comprehendunt, <sup>57)</sup> nec ad calcu-

56) In Timuri historia T. II. p. 102. l. 11. denarius etiam *الدينار الصفير* *flauus* a colore audit.

57) Quum in gratiam principis aut reipublicae neque mundus muliebris, vestimenta, arma, suppellectile v. c. vasa aerea etc. neque mancipia rel. sed tantummodo facultates, opes et merces declinentur, mirum non est, principem

calculos reuocant, nisi (Deus) qui in nouissimis hominum rationes exiliter subducturus est. Verba sunt e scriptis iudicis egregii *Abdalrahman* a me desumpta.

Quum Sultan *Salahoddin*, mortuo Almalic Aladel Nureddin, solus regnaret, mense Schual anni DLXXXIII (Chr. 1187.) pecunia Aegyptiaca mandato abolita, ex auro Aegyptiaco denarios, et abrogatis drachmis obsoletis, *drachmas Nasferinas* <sup>58)</sup> ex argento puro et p. 39 aere, duobus dimidiis aequalibus procudit. Atque hoc continuatum fuit, vsque dum *Al-*

H 3

*malec*

cipem ea curare, ex quibus fructum maximum capere possit. De decimis conf. Maraccii prodromus Parte IV. p. 19. sq. Muradgea d'Ohfon T. II. p. 446. sq. ed. Germ. et cl. Assemani catal. Bibl. Nan. T. II. p. 28. sq.

- 58) Cuius imaginem Tomo I. Musei euf. Borgiani numus XXIV. exhibet. Cave vero existimes, numos omnes Saladini et successorum nominibus insignitos a semetipsis editos fuisse, quin etiam vt recte monuit ven. *Adler* coll. nou. p. 154. regulis in suam clientelam ea lege, vt nomina sua numis suis inscriberent, receptis esse adscribendos.

*malec Alcamel Naseroddin Muhammed f. Aladel Abu Becr Muhammed f. Ayub* drachmas Naserinas vetaret, et mense Dsilkada anni DCXXII. (Chr. 1225.) drachmas rotundas (cum titulis in orbem ductis<sup>59</sup>) cudi edicto sanciret. Praecauere enim studuit, ne homines antiquis drachmis Aegyptiacis negotiarentur. Haec illa ipsa est pecunia, quae Myssrae (Alkahirah) et Alexandriae sub nomine *Wark*<sup>60</sup>) cognita est. Drachmas istas Alcamelinas ex tribus tertiis partibus puri argenti, et ex vna tertia aeris parte conflauit, quae proportio in Aegypto et Syria durante regum Ayubitarum dynastia obseruata fuit; qua vero extincta Mamaluki Turcae, qui post eos rerum potiti erant, cum omnia ipsorum bona sibi vindi-

59) Nam in Saladini argenteis area quadratam formam habebat.


60) ورق dicitur pecunia signata, itemque folium. Fortassis vel laminae tenuitas tarta erat, vt ad hanc ambiguam denominationem aditum patefaceret, vel folia arboris cuiusdam loco pecuniæ olim cuidam populo fuit, a quo Arabes nomen *Wark* repetierunt.

vindicantes, tum ad omnes eorum mores se exercentes, pecuniam eorum in statu suo reliquerunt, propterea quod nominibus eorum P. 40 nominari honorificum reputarent. Quod quidem e signis mihi adparuit, quae ab *Almalec Almanfur Kalaun*, in numo post verba: *in nomine Dei-Almalek Alsaleh*, et infra illa cum chirographo suo: *Kalaun* collocata erant.

Postquam *Almalec Aldhaher Rocneddin Bibars Albundekari Alsalehi Alnadsjemi* regum Muslimanorum maximus, atque si mores eorum spectentur, excellentissimus (anni DCLVIII. Chr. 1260.) rerum potitus erat, *drachmas Dhaherinas* percussit, quarum quaelibet centenae, LXX drachmas puri argenti, et XXX drachmas aeris inuoluerunt. Posuit autem in drachmis signum suum, <sup>61)</sup> quod figura leonis fuit.

H 4

Drach-

61) Dicitio , quam cl. Casiri exulare iussit, a Lexicis nostris abest. Ex ipsa verborum serie non obscure intelligitur, hac voce vel horoscopum eius, vel animal ipsi familiare significari. Numos *Kalauni*, *Bibars*

Drachmarum Alcamelinarum, et Aldhaherinarum in terris Aegypti et Syriae valor non defecit vsque ad annum DCCLXXXI. (Chr. 1379.) quo abolitae fuerunt, introductis sub p. 41 Emiratu *Almalek Aldhaher Barkuk* ante eius Sultanatum, *drachmis Mahmüis*, quibus homines valde vexati sunt. In Sultanum electus, *Mahmudem f. Ali* Emirum (praefectum) constituit, qui, quum drachmarum diminuendarum causa ab earum excussione abstineret, haud quidem politice fulfos multiplicauit, quae res ipsi in foris maximae vituperationi fuit. Fulsi tamen praeualebant, donec mense Ramazan anni DCCCXVII. Chr. 1414. *Almalec Almuwaied Scheich*, cuius victoria illustis sit, ante caedem Emiri *Nauruz Alhafedhi* proregis Damasci, cum exercitu e Damasco aduenit, et multis drachmis Bundukiis et Nauruziis comparatis effecit, vt iis homines negotiarentur, atque

*bars* et *Almuwaied*, quorum auctor mentionem fecit, nondum vidi. Quid? quod Mamelucorum bahrensiem et circassensium numi ad vnum fere omnes in occulto adhuc lateant.



atque post capessitum imperium, eorum calamitatem drachmis leuaret. Quare dominus noster *Sultan Almalec Almuwaied Abulnasser Scheich* drachmas Almuwaiedicas anno DCCCXVIII. (Chr. 1415.) mense Schual cu-  
 fas, Sabbatho d. XXIV Sefer huius anni pro-  
 vsuali pecunia proclamauit. Hinc illud Saedis  
 f. Mosaieb a Chaleddin Abdallah f. Malec ex  
 ore Jahjah f. Saed relatum effatum: *praecauit,*  
*quo minus denarii et drachmae in terra cor-*  
*rumperentur, s. malaë notae essent,* ad eum  
 cummaxime quadrat.<sup>62)</sup> p. 42

#### Cap. IV.

Drachmas ab Abdalmaleco f. Merwan pro-  
 cuffas, tres habuisse praerogatiuas iam relatum p. 43  
 fuit. Equidem de drachmarum Muwaiedica-  
 rum domini nostri *Sultani Almalec Almu-*  
*waied* sex praestantiis verba facturum sum.

H 5

Iina.

62) Vox *يا* *سعد* in mendo cubat. Quum  
 Saed f. Mosaieb anno XVI natus fuerit, dicti  
 ipsius commemoratio pro glossa primo ad-  
 spectu haberi possiet, nisi Sultano Almuwaied  
 ex omni parte conueniret.

I<sup>ma</sup>. Quod eas Sunnae legati diuini, qui optimis omnibus votis profequatur, in lege de eleemosyna, qua aurum et argentum purum, nec adulteratum sanxit, respondentes fecerit.

II<sup>da</sup>. Quod mores fidelium induens fabrica sua peculiari chalifas, qui rectam viam institerunt, imitatus sit, quod quum iam euictum dedimus, repetere illud necessum non habemus.

III<sup>ia</sup>. Quod viam perniciosorum, quos sequi summus Deus effato suo sublimi interdixit, neque tenuerit, sed correxerit, neque viam adulteratorum sectatus fuerit. Argumento hoc est, quod drachmae non adulterentur, nisi quando irreligiosi superiores euadant, quippe qui plebis, quae nubem pro Junone amplecti solet, benevolentiam captare amant.

IV<sup>ta</sup>. Quod malum in mundo deuitauerit, p. 44 in eo consistens, vt drachmarum multiplicandarum cupiditate accensi eas adulterent.

V<sup>ta</sup>. Quod adulterationem praeclusurus, legati, super quo votum et pax sit, effato: *qui decipit nos, noster non est*, acquieuerit.

VI<sup>ta</sup>.

VI<sup>ta</sup>. Quod monitis Dei de ea paruerit. Quod legatum eius, super quo apprecatio et pax sit, spectat, ipsius ritus, monita seuera et dicta cognita habuit. Hinc fieri aliter non potuit, quin istae drachmae Almuwaiedicae aliis adhuc praestantiis praeditae sint, et in maximam admirationem traducant. Iphis enim, ut indicatum fuit, insunt dignitas et excellentia, ut et domino nostro Sultano magnitudo potentiae et operis peruulgati magnificentia. Praeterea hae drachmae relationi et comparationi ad Fulfos, quos Deus<sup>63)</sup> neque prisco neque recentiori aevo, pro pecunia (legali) haberi iussit, inferuiunt. Qui quidem eo tempore in usu esse coeperunt, quum reges perditis moribus essent, et per luxuriam omnia consume-

p. 45

pre-

63) Deus i. e. Alcoranus, quem **كلام الله** *verbum Dei* esse praedicant.

pretium suum non amittit, contra vero Fulsi omnino nihilo aequiparantur, et frustra auxilium ab eis quaeritur. O Deus, Deus! inspira domino nostro Sultano egregium mentis propositum, quo tanquam peculiari suo instituto laetetur, nimirum ut pecuniam suam eodem modo illustrem reddat, ac Deus nomen eius nobilitavit, nomenque uniuscuiusque e subditis suis sibi familiare reddat h. e. salutis eorum rationem habeat. At vero omnis rex regnum

p. 46 suum promovere debet. Quod quidem negotium volente Deo facile exsequi poterit, si modo dominis nostris supremis iudicibus, per quos Deus religionem corroboret, de necessaria ipsorum in cancellariis praesentia sublime mandatum det, ut neque syngrapha iudicialis fundi, neque pretium domus conductae, neque dos mulieris, ut mos est, scribantur, nisi *drachmis Muwaiedicis* summa sit constituta. Porro edicat aerarii custodi, ut praecones sine ullo delectu res venales, siue viles siue pretiosas, non nisi *drachmis Muwaiedicis* emendas et vendendas in foris proclament. Tandem mandet rationum Sultani, Emirorum et feudorum

dorum magistris, vt in computationum suarum registra, summas colligendas et paratas, non nisi drachmis, quae ex nomine eius appellationem trahunt, referant, et per eas omne, quod de pecunia redeat, computent, quo sicut Deus dominum nostrum Sultanum, cuius victoria splendeat, in amplissimo dignitatis gradu collocavit, sic etiam omnes, qui genus suum ad eum referunt, aut ad eum pertinent, nobilitentur. Deus autem efficiat, vt prospere cedat! p. 47

### Cap. V.

Quod adinet ad Fulfos, lex diuina in eorum forma et recepto vsu, inde ab chalifatus ortu non alterata fuit, vsque dum ab anno DCCCVI. (Chr. 1403.) improuisa mala et infortunia, tam in Aegypto, quam in omnibus terrae partibus ad omnes gentes peruenerint, quales sunt<sup>64)</sup> (*ex infidelibus:*) Persae, Rumaeci, Israe-

64) De omnibus heic recensitis dynastiis, earum ortu atque occasu immortale *Deguignesi* opus: *Histoire des Huns etc.* a Paris 1756. 4. consulendum est. Quum numos quilibet dynasta,

Israelitae, Graeci, Copti, Nabathaei, Tob-  
 bae et Reges Jemen, Arabes genuini et adsci-  
 titii, et *e dynastia muhammedana* inde ab eius  
 ortu, vsque ad eius vicissitudines: *Ommiades*  
 in Syria et Hispania; *Abbasidae* in Iraka;  
*Alidae* in Taberaftana, in regionibus Africae  
 occidentalibus <sup>65)</sup> Aegypto, Syria; in regio-  
 p. 48 nibus Hedsjaz et Jemen; *dynastiae* Buidarum,  
 Turcarum Seldsjukidarum et Curdorum in Ae-  
 gypto

nasta, vt taceam eorum clientes, cudi fece-  
 rit, coniectari facile potest, quam late nunc  
 pateat res numaria Muhammedanorum ab  
 exiguis profecta initiis, et quam immensi,  
 at proficui et necessarii sit operis res, singu-  
 larum dynastiarum numos, quorum maiorem  
 partem adhuc incognitam habemus, conqui-  
 rere, conquistosque illustrare.

- 65) In historia Mauritaniae, *Alkarras* dicta,  
*Obaidallah Almabadi Fatemidam*, quem au-  
 ctor semper الشيعي schiitam s. Alidam ap-  
 pellat, anno 297. Chr. 910. assumpto prin-  
 cipis fidelium titulo, primum drachmas  
 (وهو اول من نغش الدراهم)  
 signasse, et anno 347. Chr. 959. rebellem,  
*Mub.*

gypto et Syria; *Mongolorum* in tractibus orientalibus; *Turcarum* in Aegypto et Syria; *Marinorum* in Algarbia, *Naserorum* in Andalusia; *Haffitarum* in Tuneto; filiorum legati in Jemen; <sup>66)</sup> *dynastia filiorum Firuz Schah* in India; *Hati* in Habessynia; *Timurlenki* in Samarkanda; *Osmanorum* in tractibus septentrionalibus et orientalibus. Nam pecunia, quae pretium in commercio, et valorem pro opificiis habet, aurum et argentum omnino est. In historia vera et incorrupta neque de

*Mub. b. Elfeth*, chalifae titulum, et cognomen الشاكر لله sibi attribuentem bonae notae numos, *Alschakjerinos* nominatos, *Sedsjelmessae* conflasse relatum legitur.

وضرب بها السكة وكتب عليها  
اسم وسكتته معروفة بالشاكرية  
وكانت في عاية الطيب

66) Historiam principum huius dynastiae, qui posteros legati diuini Muhammedis se esse perhibebant, *D'Herbelot* p. 860. b. sub titulo:

تاريخ بني الرسول من ملوك اليمن  
commemorauit.

de gente e gentibus, neque de turba e turbis hominum omnino discitur, quod prisca et recentiori aetate aliam pecuniam praeter vtramque (auream et argenteam) vnquam receperint, p. 49 si a mercibus, drachma aut eius fragmento <sup>67)</sup> vilioribus, abscefferis.

Ex hac enim caussa mortales pristino et postero tempore in gratiam vilium rerum, quoddam auri et argenti surrogatum adhibere coacti sunt. Quod quidem minutum pro rebus vilibus loco pecuniae omnino constitutum nunquam, vt ex historia Chalifarum notum est, ad dignitatem vtriusque pecuniae euectum fuit. Nam discrepantia fuerunt hominum instituta et conamina in eo, quod illud (minutum) his vilibus rebus ex aduerso respondens posuerint. Nec id in Aegypto, Syria, Iraka arabica et persica, in Persia et Graecia, olim et post, reges

67) Quod drachmas in variae magnitudinis partes emtionis et ponderis aequandi gratia conciderint, drachmarum frustula, quae inter drachmas in oris maris balthici magno saepe numero reperta fuerunt, testes habemus. Cf. Introd. p. 80. etc.



reges istarum regionum defecit, quippe qui propter summam suam potestatem, regnorum suorum splendorem et dignitatem, et eximium atque magnificentum suum imperium, quidpiam, quod paris cum rebus vilibus valoris esset, et facile comparari posset, aes constituerunt, ex quo frustra parua, *Fuls* dicta, pro mercatu facili negotio procuderunt. Nihilo p. 50 tamen fecius in istis prouinciis loco vnus ex vtraque pecunia (aurea et argentea) nunquam adhibitum fuit. Extiterunt autem gentes sub et ante Islamismum, qui loco fulforum quibusdam rebus v. gr. ouis, frustulo panis, foliis, 68) cor-

68) *Almakrizi* in sua historia regum Islamiticorum in Abyssinia, a cl. *Rink* Lugd. Bat. 1790. 4. edita, p. 30. lin. antep. (lat. p. 34.) mancipium quodlibet pro رِبْطَةٌ وَرَقٌ fasciculo foliorum (forte: arboris Linnaeo *Betle* dictae,) et pro خَاتَمٌ وَاحِدٌ vnico annulo signatorio venditum fuisse retulit. Hinc فَلُوسٌ *Fulsi* a graeco ΦΟΥΛΛΙΣ, i. e. folium, nomen accepisse videntur. Vtrum autem خَاتَمٌ وَاحِدٌ fuerit annulus signato-

I

rius,

cortice arboris, <sup>69)</sup> et conchis marinis quae *Cauda* (f. *Caura* <sup>70)</sup> dicuntur, et id genus alia, commercia exercuerunt. Iam in libro *Agâzet elumma fi calchf elgumma* mentionem de eo inieci, quod in magnis negotiationibus non omnino Flusis mercentur, sed tantummodo ad impensa domestica vsui sint. Qui quoque chalifarum historiam perlustrauerit, sciet, quam vtilis fuerint Aegypti, Syriae et p. 51 Irakae incolis ad victus commoditatem, quod scilicet paruo Fulforum numero <sup>71)</sup> victus quotidiana-

rius, an vero pecunia papyracea signata, qua teste *Casiri* l. c. p. 173. b. „Pro minuta autem moneta Arabes per ea tempora *papyro* siue crassiori charta in quadrum confecta vsi sunt,“ me prorsus latet.

69) *لحاء الشجر* ni fallor, est cortex cinnamomi aut Cassiae L.

70) Vide Introductionem meam in rem arab. p. 223.

71) Vel e titulo vitri f. tesserae frumentariae musei Naniani in additamento L. p. 100. a me proposito: *مئتان فلس عشرين خروبة*  
وافر

tidianus comparari potuerit. Sed tempore *Mahmud f. Ali*, quem officinae monetariae praefecerat *Almalek Aldhafer Barkuk*, cuius Deus misereatur, Fulsi multiplicati fuerunt, quoniam aere rubro ab Europaeis importato, quod destinatis ad suum commodum perficiendis inferuiebat, per plures annos in Fulsis cudendis continuauit. Europaei autem drachmas ex Aegypto in suas prouincias exportarunt, quas eorum incolae ad suos vsus liquefecerunt, vnde rarae factae sunt. Vix autem caueri potuit, quin maximam Fulsis mercaturam facerent, adeo vt omnes venditiones et emptiones ad eos referrent. Quo factum est, vt quilibet denarius Fulsis computaretur. Et per Deum haec res commemoratione indigna esset, nisi summa veritate niteretur, hominesque

I 2

diu-

وافر pro pretio Fulsis XX. siliquas abundantes s. magnas emi potuisse, auctoris nostri assertio confirmaretur, dummodo haec verborum istorum versio, quam cl. *Affemani* debeo, eruditus arrideat, de quo vix dubito. Dictio *متمان* in Lexicis frustra quaesita, formae *του* *متمان* est.

diuturna rei vel maxime detestabilis consuetudine, quae, si modo illis familiarissima est, p.52 vim obtinet, affici constaret. Sed sperandum est, vt Deus per liberalis munificentiae suae pulchritudinem hanc maculam in prouinciarum Aegypti salutem et felicitatem sit deleturus. Spero quoque hanc rem volente Deo facile effici posse, si modo, quanti sit pretii pondus centenarium (Kantar) massae aeris rubri e regionibus Francorum adducti examinetur, et cum hoc Kantaris pretio contendatur summa, quae ad expensas in officina monetaria, donec Fulsi euadant, impendatur, et quot Fulsi facta eorum conflatione, denarium constituent. 72) Quo enim cognito, scitur, quot denarius,

72) *Marai* in hist. Aegypti excitat Soiuthum asserentem, quod Sultan Almalec Alnafer Nafireddin Hassan a. 756. Chr. 1354. nouos Fulfos magnitudine et pondere denarii, (علي قدر الدينار ووزنة) quorum 24 drachmam valebant, cudendos curauerit, quodque  $1\frac{1}{2}$  Rottl antiquorum Fulforum pro singulis drachmis antea appensi fuerint. Vid. Bü-

rius, nec non drachma Muwaiedica Fulfos valeat. Res sane praeclara est, res gestas praesertim regum inquirenti reperire, summo illos studio in id intentos fuisse, ut variatae monetae memoria maneret atque celebraretur.

Quando itaque tales Fulsi procidentur, non p. 53  
 possunt non tam ipsi quam argentei Muwaiedici ab aliis facili negotio distingui. Sed satis sit, consilium et monitum pro dignitate tua, cuius fama per omnia secula perstabit, attulisse secundum effatum Dei (in Alcorano), ubi Abrahamus eius amicus dicit: *pone mihi linguam veritatis in posteris*, (i. e. constitue mihi famam bonam duraturam); *itemque* secundum effatum Dei in manifestanda gratia erga prophetam nostrum Muhammed: *ut tibi et populo tuo in memoriam sit*, quo ex hoc versi-

I 3 culo

Büschings Magazin T. V. p. 418. Repertor. or. T. IX. p. 263. Adleri coll. nou. p. XIII. ubi *Soiuzbi* praeunte Ebn Fadlallah, drachmam XLVIII Fulfos valuisse refert. Nec mirum. Nam quod vnus dynasta auxit Fulforum pondus, alius e successoribus imminuit, ut aliud alio melius aut peius omnino esset mutato imperio.

culo argumentum pro familiae Koreisch iure ad Chalifatum elicias; *itemque* secundum effectum Dei: *exaltamus tuam memoriam*,<sup>73)</sup> quem gloriae gradum nullus recusat, nisi viribus et voluntate destitutus. Sed auctoritas re-

p. 54 gum eminebit (in proba rei numariae constitutione), modo vnus in gradu potentiae, aut ordine dignitatis constitutus iis se adiunxerit. Equidem certo fore confido, vt Deus egregiam vestram abusus tollendi voluntatem sit prosperaturus. Nisi autem vererer, vt nimis longus essem, quae fuerint Fulforum sub regibus percussorum fata exponerem, quod scilicet ad summam haud vtilis fuerint prius, quam Emir *Bulbaga Effalami*, cuius Deus miseratur, anno DCCCVI. (Chr. 1403) edicto sanxisset, vt trutina appenderentur, et haec prouinciis regula et norma esset, si quando ex praua eorum conditione controuersia existeret. Deus autem vitam vestram perpetuet, gratiaque et liberalitate sua vestram amplitudinem adaugeat!

Explicit.

73) Alludit auctor ad sententias Alcorani Sura XIX, 51. XLIII, 43. XLIX, 29. XXIV, 36. II, 124. etc. ed. Hinckelmanni.

Mar.

## Margaritae collectae

e Makrizii libello

de ponderibus et mensuris.

## I.

Varia omnino sunt de vera ponderis Meccensium, deque mensura e Medinensium quantitate iudicia. Fuisse tradunt tempore prophetae sequentia pondera: *Decuriam drachmarum, Methkal, Danek, Kirât, Ukkiah, Nasch, Nuah, Rotl et Kantar.* De drachmis autem certatur, vtrum cognitus earum valor fuerit, nec ne? Quidam enim eas tempore prophetae incognitas fuisse asserunt, donec aetate Abdalmaleci f. Merwan procusae sint. Abu Omar Iussuf f. Abdallah f. Albarr Alnamwi in libro Al-Istads- p. 56 car dixisse refert Abu Obeidam, quod drachmae usque ad Abdalmaleci tempora, quibus eas collegit, et *decem* drachmis, *septem* Methkalium pondus constituit, ignotae fuerint. Quod spectat vsuales tunc temporis drachmas octo Danekorum *Zain* et drachmas quatuor Danekorum *Dsjid*,<sup>1)</sup> conuocati ab Abdalina-

I 4 leco

<sup>1)</sup> *Drachmae Zain* (ذین) ornatus) siue Bagli-

tenses,

leco spectabiles istius aevi eruditi, combinatis istis quatuor Danekis cum VIII Danekis, ut XII Danekos efficerent, drachmae VI Danekorum, quod *Kail* nominarunt, consecrarunt. (Quaestionem Abu Muhammed Abdelhakk f. Athiah in quaesitis et responsis anno DCX. recensuit.)

Abu Obeid Alkafem f. Salam <sup>2)</sup> ex quorundam doctorum auctoritate narrat, quod tempore legati diuini drachmarum tam maiorum quam minorum duas species, scilicet Alfaudam completam, quae VIII, et antiquam p. 57 Tiberiensem, quae IV Danekorum pondus habuerunt, in aequales partes contulerint. Quum autem Abdalmalec f. Merwan in eo esset, ut drachmas conflaret, eas tam ad pondus

enses, et *Drachmae Dsjid* (جيد) ceruicis) f. Tiberienses forte proprio hoc vocabulo nominatae sunt, quod ad mundum muliebrem, hae ad colli, illae ad capitis ornatum pertinerint.

<sup>2)</sup> Celebris grammaticus floruit sec. III. Hedsjrae et obiit a. CCXXIV. Chr. 839. D'Herbelot T. I. p. 76. vers. Germ.



đus completum (Bagliensium), ne eleemosynae defraudarentur, quam ad Tiberienses, ne hominibus fraudem faceret, procudere veritus est. Hinc re bene expensa, et vt slipi confu-  
